

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes  
aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Regula VII. Omne totum est unum

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

*Omne totum est unum.*

I. Utrumque significat Philosophus *V.*  
*Metaph. cap. XXVI.* Totum, inquiens, dici-  
tur, cuius nullā pars eorum abest, ex quibus na-  
turā totum nominatur, & quod ita continet  
ea, quae continentur, ut illa sint unum. Ubi  
expressè dicit, *partes in totō esse unum.* Est  
totum sēpē unum per se, ut homo, lapis;  
interdum per accidens aut per aggrega-  
tionem, ut album; simum, exercitus. Quān-  
do dicit, *quod totum continet ea, quae con-*  
*tinentur,* pluralitatem quandam significat,  
& sic totum quodammodo plura est.

II. Non pugnant autem istæ proposi-  
tiones inter se. Totum enim multa est ali-  
quō modō, ratione partium: siquidem nul-  
lum totum ex unā sit parte, sed ad mini-  
mum duæ requiruntur. Dominicus de  
*Flandria V. Metaph. q. XXII. art. II.* hoc u-  
titur argumento: *Si aliquid totum fieret ex*  
*unā solum parte, sequeretur, aliquid totum*  
*non esse maius parte.* Est autem omne totum  
unum, ratione unionis inter partes.

III. Objicis: *Si totum non est sive partes,*  
ut homo nec est corpus, nec anima, sed est  
aliquid compositum ex corpore & animā,  
sequitur, *quod nec multa sit, propterea quod*  
*partes, ut corpus & anima, multa sunt.*

IV.

IV.  
modō in  
tum no  
nimirū  
ratione  
de totō  
men to  
rūm ex  
V. N  
vent. I  
citer: I  
affirm  
propri  
tem pr  
beat p  
non es  
dicitur  
scilice  
modō  
punctu  
tum es  
est tan  
ceptō,  
Punct  
tum, n  
I. I  
loquit

IV. R. Notanda est particula aliquo modō in Reg. VI. Probat argumentum: Totum non esse multa absolute & in rectō, quia nimirū ea, quæ multa sunt, & quorum ratione totum multa aliquo modō dicitur, de totō non prædicantur in rectō. Est tamen totum aliquo modō multa, quia nimirū ex multis constat partibus.

V. Notandum autem ulterius ex Bonavent. III sent. dist. III. totum accipi dupl. citer: Privative vel negativē, & positivē seu affirmativē. Totum positivē acceptum est propriē & formaliter totum; Totum autem propriē & formaliter importat, ut habeat partes. Totum negativē acceptum non est propriē & formaliter totum, sed dicitur sic per negationem oppositi, quia scilicet non est pars, nec partes habet. Hoc modō dicimus, *tota natura divina, totum punctum*. Quando ens dicitur, omne totum esse aliquo modō multa, accipiendo est tantum de totō formaliter & positivē acceptō, non autem de totō negativē sumtō. Punctum enim, quod negativē dicitur totum, non est aliquo modō multa.

### REGULA VIII.

*Pars non prædicatur de totō.*

I. Ita Philosophus IV. Top. cap. V. Non loquitur autem Regula de totō essentiali logi-